

2
Tractatus de apparitionibus animarum post exitum
earum a corporibus. et de earundem receptaculis. editus
in exordium ab excellentissimo viro Jacobo de Clusa
ordinis cartusienfis. sacre pagine professore doctissimo

Rogamus vos ne terreamini per spiritum. Verba
sunt apostolica. ad plebem thessalonicam missa. in
epistola secunda capitulo secundo. eandem solantia
ne terrore concutere propter persecutiones. arbitrans
quali tunc instaret dies iudicii proxime futura. ut pa-
tet ex sequentibus verbis eiusdem capituli. ubi aposto-
lus predicat ei prius venturum filium perditionis. quem nos an-
tichristum dicimus. et eius fallaciam in signis mendacibus
Que verba non absurde sumi possunt ad propositum no-
strum. Fateor enim puritate mea sepe mite a multis pul-
sata quid operaretur de apparitionibus quorundam spirituum
in quibusdam monasteriis. cimiteriis. ecclesiis. siue domibus
quod quique sine molestatione ac turbatione terribili se osten-
tat. lapillos ollas siue alias res proicietes. mensas et
scana subvertetes. Interea quoque hec turbativa exercet
ut etiam habitatores cogant fugere et habitaciones solle-
nes deferere sine magno damno. De quo certam me fa-
teor habere noticiam imo et compassionem cum eisdem. et
licet orationes facte fuerint et aliqua ceremonialia ser-
uata non tamen cessavit illa inquietudo. Quid igitur de
hoc possit tarditas mea in hac obscura materia videre
prout deus donare dignabitur poscentibus non negabo
manifestare. non prescribens in his certius et verius sen-
tientibus. protestatione solenni in scholis theologicis
fieri consueta. per me crebrius repetita. semper salua et
promissa. Nec inutile michi persuadere videor aliquid de ta-
libus speculari. si tamen veritas in his valeat dinosci. pri-
mo propter turbationem hominum fidelium summouendam



tum propter animarum forte ibidez apparentium subuen-
tionez. vt post patebit. Tum propter fidelium vt emen-
dare studeant vitam suam amonitoz. Nec enim puto tales
apparitiones fieri apud homines infideles. siue sara-
cenos siue iudeos. quia tales cause apud eos locum non
hnt. has enim causas inter alias puto non esse minimas
licet apud infideles alias apparitiones fieri non sit impossi-
bile sed demoniorum. non animarum christianarum suffragia
poscentium. de2 enim et natura nihil agunt nec permittunt
frustra. Humiliter igitur aggrediar hanc latebrosam
materiam. que in scripturis doctorum non satis est digesta
quantum valeo tam ad fontem veritatis recursum habi-
turus et inde haustus2 beniuolis lectoribus2 proponam
vemas petens de inculto stilo et materia forte minus
certificata. probabilem eam affirmans non ex primis
principiis demonstrationis deductam. Nec enim hec materia
subiecta est primis principiis saltem humanis sed vo-
luntati diuine que humano iudicio minime obnoxia
existit. Occurrunt ergo aliqua ad propositum.

Primo de egressu animarum humanarum a corporibus
per sententiam mortis.

Secundo de receptaculis et locis ad que perducuntur
post egressum. et de habitudinibus2 eorum.

Tertio de apparitionibus2 que fiunt ab animabus2 exutis
ad homines viuentes.

Quarto de experimētatoribus2 siue inquisitoribus2 harum
animarum et quomodo expediat eos esse dispositos.

Quinto de ceremoniis precedentibus2 ad istam experientiam.

Sexto de interrogatoriis ab animabus2 faciendis.

Septimo quomodo cognosci valeant si vere aut ficte
appareant et de modo cognoscendi bonum spiritum
a peruerso.

Octauo quomodo sint executiones suffragiorum facien-

de si aliqua desiderant a viuentibus. Et considerandus
est aduentus et recessus earum.

De egressu animarum humanarum a
corporibus per sententiā mortis.

Qantum ergo ad primū sciendū qd ut patet ex
reuelationibus quorū dā dolorissima ē separatio
anime a corpore. nam pena illa excedit om̄s se-
culi penas. licet ab hominibus aliis non sentiat̄. Cuius
primi ratio est. quia naturalis anime appetit̄ ad cor-
pus rumpit̄. et violatio istius appetitus naturalis mul-
tum est penalis. Sicut etiā in alterius morte scz uxoris
aut filiorū seu amicorū dolor est ḡuis. Sicut de sancto
augustinus legit̄. cui visū fuit qd in morte sui cari amici
mediū cordis sui ablatū fuit. Itē aīa an̄ infusione ei2
in corpus nusq̄ esse habuit sz infundendo fuit creata
et creando infusa. ignorat igit̄ quo ducet̄ post mor-
tem et in quo statu ponenda sit. Scit q̄dem ex scriptu-
ra multa loca aīarū esse. sz ignorat locū sibi deputatū
Ilegimus etiā de electorū aīabus qd difficile exierūt cor-
pora. ut patet in vitaspatriū qd angeli descenderūt ad
quendā peregrinū desolatū in platea iacentē qui horta-
bant̄ aīam eius vt erizet. q̄ trepidabat erize donec me-
lodia dulcissima veniens de celo dulcibus modulis re-
soluebat eā a corpore. Sic de pluribus legim2 qd chori
celestes auditi sunt in sanctorū obitu iubilantes. Rece-
dit aut̄ anima a corpore propt̄ incontinentia2 cor-
poris ex discrepatōe et distractōe qualitātū et humo-
rum in corpore. inde em̄ spiritus vitales per quos aīa
operat̄ in corpore grossescunt et deficiunt. et potens-
tie anime tā vegetatiue q̄ sensitiue instrumentales red-
dunt̄ inhabiles ad opandū. quia anima nihil potest
agere sine illis etiā in actibus potentie intellectiue. Ex
tertio de aīa. Oportet quemlibet intelligentem fan-